



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

266. Dominica 14. post Pentecost. De contemptu seculi gnoma Evangelij
præcipua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

474 *Dominica 14. post Pentecost.*

MEDITATIO CCLXVI.

Dominica. 14. post Pentecosten.

*De contemptu seculi gnoma Evangelij
precipua.*

VIdebo; audiámque Dominum **JESVM** graviter nos ad contemptum seculi exhortantem: *Non potestis servire duobus, terræ & cælo, vitijs, & virtutibus.* Petam doctrinam ejus cum Apostolo assequi dicente ad Philipp. *Propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora.*

Conf. 1. Contemptus seculi est abrenuntiatio tum effectu, & opere, tum affectu omnium visibilium propter amorem Dei.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Amor seculi & amor Dei termini contrarij, qui vult esse amicus seculi, inimicus Dei constituitur. 2. Seculum ignorantissimum est, bonos deiecit, malos exalcat, bona fucata diligit, vera contemnit. *Immundissimum est*; quia peccata diligit. *Infidelissimum est*: quia suis amatoribus damnationem causat. 3. Exemplum Sanctorum, & præsertim Christi, qui elegit contemptibilia à nativitate, arguens sensualitatem nostram. Quæ situs ad mortem fugit in Ægyptum, ferens egestatem, ne ego omnia ex nutu velim. Latuit ad annum trigessimum lux mundi, ne ego virtute vacuus, vitijs plenus.

Dominicus 14. post Pentecost. 475

ne ego omnes commoditates habeam. Suis præcepit, ut renuntient 1. possessionibus. 2. Sanguini, 3. Sibi ipsi. Vocavit viles pro Discipulis, & confunderet fastum seculi. Vocavit pauperes Beatos, igitur mundi contemptores beati. Ejecit vendentes, quia amatores opum DEVM inhonorare non timent. Luto accepto sanavit cæcum, cum potius luto cæcus fieri debuisset: quia mos Dei est, non dare vitam, nisi per mortificationem, non opus, nisi per paupertatem, non honores, nisi per seculi contemptum. Ipse divitem seculi damnavit, salvavit Lazarum. Ipse dixit multos vocatos, paucos electos, propter multas excusationes seculares. Ipse docuit, nihil prodesse homini, si universum mundum lucretur, cum animæ detrimento. Nōne equum relinquimus, ut salvemus filium? manum, ut caput? Denique Christus in passione sua vultus Contemptor seculi apparet, & est.

Conf. 3. Actiones ejus: 1. Divitias spernere. 2. Dignitates fugere, & si ad eas vocamur, ex sola obedientia ejus suscipere. 3. Honoribus & pompis seculi valedicere. 4. Voluptates corporis pro nihilo ducere, & tanquam res homine indignas averfari. 5. Propinquos, & amicos, si profectum animæ impediunt, promptè deserere, 6. Quidquid vanitatem
sapit,

476 FERIA 2. DOMIN. 14. POST PENTECOST.
sapit, deponere. 7. Cuncta visibilia despiciere,
& nec minis, nec suasionibus ad minimum
eorum amorem inclinari. Qui ejusmodi
est, audiet in accessu ad sacratissimum Sa-
mentum ab Angelis sibi applaudi: *Parasti
in dulcedine tua pauperi DEVS.*

MEDITATIO CCLXVII.

FERIA 2. DOMIN. 14. POST PENTECOST.

*De commiseratione, & operibus
misericordia corporalibus.*

Videbo totius Regni coelorum cardines,
& polos, geminam Misericordiam: Quia
*omnis summa disciplina Christiana in misericor-
dia & pietate est,* ait D. Ambrosius. in illud:
Estote misericordes, &c. Petā eam obtinere.

Conf. 1. Misericordia est virtus, quā dole-
mus de miseria proximi, eique per auxilium
spirituale, vel temporale subvenimus.

Conf. 2. Incitamenta ad eam. 1. Misericor-
diā nos maximè filios Dei ostendimus, imi-
tantes misericordem Patrem Deum. 2. Mile-
ricordia nostris necessitatibus subvenimus,
dando modicum accipimus misericordiam
Dei infinitam, quæ nobis & in tempore suc-
curret, & fovebit nos in æternitate. 3. Quia
Deus juxta D. August. Hom. 15. ex 50. *Quan-
do facit pauperes probat divites.*

Conf. 2. Actiones ejus, & quidem opera
miseri-